IN ARITHMETICAM SIGISMUNDI SUEVI FREISTADIENSIS.

ISta SIgIsMVnDVs numeroſa vocabula SVeVVs
Natalem autoris dant tibi juncta pij.
Sic ſine ſunt aliquo non omine plurima dicta,
Quando ſuos numeros calculus iſte refert.
Talia in Exemplum libro notat autor in iſto,
Multa & digna boni cognitione viri.
Qui legis hæc, lector cape gratus & eruta magni
Doctorum ingenio fac monimenta precor.
Sic labor alterius tibi proderit absq; labore,
Suaviter oblatis ſic potière bonis.

D. LAURENTIUS SPAN.

PLATO IN EPINOMIDE.

Sublato ab hominum Natura numero, nequaquàm fieri poteſt, ut quisquam prudens evadat.

Et paulò poſt: Si quis Arithmeticam de vita ſuſtulerit, ille cæterarum Artium omnium fundamenta ſubverterit, ut illæ prorſus evaneſcant.

In

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG